3439 prope Pescantinam in antiqua ecclesia S. Michaelis de Arce super fluvium Athesin LIL. FERRARINUS similiterque ANTIQUI RELIQUI, item SARAYNA.

V · F
M · VERONIVS *delphinus circa tridentem*
EPAPHRODITVS
VI · VIR · AVG
MAG · cOLleGI · CeNT
VERONIAE · CALLISTE

Servavit Antiquus. Habent Felicianus n. 115; Marcanova Mut. f. 126 agri n. 29; Gammarus f. 132; Lilius f. 45 (qui est cod. Schraderi laudatus in Grut. ed. 2); Iucundus f. 96 n. 99; Sarayna Lat. f. 50', Ital. f. 68 (ex cod. ms. Saraynae Lisca et Cozza tab. E*e*); Panvinius p. 225; Carotus f. II (inde Grut. 485, 4 ex Sarayna et Caroto); Orti *ant. mon. alle Stelle* (1848) p. 27 ex libris.

1 om. Gamm. Lil. Sar. (Ital.). — 3 EPAPIRODITVS Gamm. Lil. Sar. — 5 MAGGOLI·F·GICINT Felic. Marcan. Iuc. Gamm. Lil.; MAGOLL F·GICNT Sar., M·ACOLI·F·CINCT Panv. ed., MAGOLI·F reliquis deletis Panvinius ad cod. ms. Saraynae et Carotus; emendavit Reinesius. — 6 CALLISTE Gamm. Sar. (Lat.), CALLISTAE reliqui. — Anaglyphum pingunt Gamm. Carot., describunt reliqui plerique.

3440 prope castrum Suapis in antiquissimo fano divi Martini in solo ostii GAMM. et similiter ANTIQUI RELIQUI, etiam SARAYNA 44. Soave apud Tomasellium PERSICO. Hodie fracta Veronae apud Smaniam. — Errore Coloniolae SARAYNA 51'; Laude Pompeia VALV.

V *F*
L · VITORIVS L F FESTV*S*
Q·VITORIVS·L·F SEVERVS
VI VIR·AVG·SIBI·ET
CASSIAE · SEX·F·MAXIM*AE*
COMINIAE · L · F · FESTAE
CATIAE · M · F · SECVNDAE
VXORIBVS · ET
L · VITORIO · L · F · FEROC
C · VITORIO · L · F · FESTO
Q · VITORIO · Q · F · FESTO
FILIIS · uI · VIRIS · AVG

Descripsi quod superest. Habent integram antiqui: Felicianus n. 140; Marcanova f. 128 agri n. 51; Ferrarinus f. 27; Redianus f. 71 n. 129; Gammarus f. 110; Lilius f. 45'; Iucundus f. 195 n. 86; item Sarayna Lat. f. 44. 51' (inde Lisca et Cozza p. 243. 244), Ital. f. 72; Panvinius Ver. ms. f. 306; Manut. orth. 160, 2 (inde Ligorius ms. Taur. 18); Grut. 488, 3. 489, 1 ex Sarayna et Onufrii schedis; Mur. 759, 2 ex schedis Iac. Valvasonii et Farnesiis. Fractam proponunt Persico 2, 278 et Venturi ms.

Quae non vidi, dedi inclinatis. — Vv. recte diviserunt Gamm. Sar. (Ital.) Grut. — 2 et deinceps VITORIVS Felic. (Marc. m. 1., Veron. m. 2 non auctoris opinor) Iuc. Red. Lil. Gamm. ego, VICTORIVS Felic. (Marc. m. 2, Veron. m. 1) Manut. Sar. 44, VITTORIVS Sar. 51. — 2 QVINC/TIVS L F SEXTVS Venturi, QVINCTIVS L F FESTVS Persico. — 4 VIRI Sar. 44 Man. et sic Felic. (Marcian. m. 2). — AVG om. Lil. — 5 CASIAE Sar. 44. — 6 COMINIAE·L·F·FE habent Venturi, qui hic desinit, et Persico. — COMMINIAE Sar. 44 et Felic. (Marc. m. 2), COMINAE Sar. 51. — 7 MA ex hoc v. Persico, hic desinens. — 8 VXORIB Lil. — 9 seq. L·F·FEROC C·VITORIO·L·F·FESTO·Q·VITORIO om. Sar. 44. — 10 F om. Sar. 51. — 11 om. Lilius. — 12 FILIS Red. — ·I·VIRIS·AVG Red. Gamm. Lil., . . VIRIS·AVG Man., VIRIS·AVG Marcan. Felic., IVRIS AVO Sar. 51, om. Marcan. Felic. (Veron. m. 2) Sar. 44.

3441 Veronae in arcubus theatri. Prima et secunda pila hodieque cernuntur in theatro, repertae ibi in ruderibus et repositae ad formam antiquam. Reliquas vidit Veronae in episcopatu in templo Bacchi [id est in cella vinaria] ANTIQUUS; extantque ibidem adhuc in stabulis episcopio adiunctis.



Descripsi n. 1—8. Antiquus, nempe Redianus f. 66 n. 59, Gammarus f. 120. 121', Sanutus f. 69. 69', Sarayna f. 46 (inde Panvinius p. 230; Grut. 416, 2 ex Sculteto, quem contendit descripsisse ex marmore, cum sumpserit ex Panvinianis), proponunt n. 3*b*. 4*a*.*b*. 5*b*. 6. 8. 9 omnes, n. 5*a*. 10 Gamm. San. Sar. soli. N. 4*a*. 5*a*. 7*a*. 8*b* et cum his n. 11 refert Maffeius M. V. 166, tamquam essent in museo. Denique n. 1. 2 addito n. 4*a* edidit Gaetanus Pinali *relazione degli scavi dell' antico Romano teatro in Verona* (Mediolani 1845. 8) p. 30. 31.

Optime titulos plerosque delineavit Gammarus, ut qui eius librum viderit, ei statim de titulorum natura constare debeat; confundunt plus minus reliqui continue eos describentes, ut Sarayna adeo inde effecerit monstrum hoc: L·GAVII·VINDICIS·POMP·CONS·C·F·VALERIAE·M·PVLLI·G·GANI·FABLIAE·T·F·C·COMISIAE·AVG·III·ARIADNES. Ceterum decimus num huc pertineat, ambigi potest. Reliqui ita scripti sunt, ut a parte ingredienti sinistra legatur prior pars nominis, a parte dextra posterior; nisi quod in pila quinta utrumque latus integrum nomen habet, quorum tamen alterum scriptum est per notas. Anticae non apparent nisi in pilis duabus in theatro expositis, quibus inscriptae litterae singulares nomina eadem indicant, quae perscripta leguntur in arcubus intus, ubi spatia scilicet suppetebant maiora.